



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 41. Oratio Clementis XI. Papæ in secreto Patrum Senatu de Turnonii obitu habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

erga eam sat propensum: E contrario Jesuitarum submissio & patientia universæ Aulæ cognita omnium admirationem in se rapuit, & omnibus luculento est exemplo; ipsemet etiam Imperator sæpe eos tanquam *HOMINES SIMPLICES* redarguit, eo quod pro illis, quos tam acre odium in eos exercere cernerent, intercedere, suisque precibus Imperatorem fatigare non cessarent. Hæc ille, nobis autem persuasum est, fidem veritatemque magis constare relationibus eorum, quæ Clementis XI. summi Pontificis, ipsius Turnonii aliorumque in hisce terris diu agentium testimoniis comprobatæ existunt; ea propter orationem summi Pontificis ad Cardinales habitam, necnon Bullam ab eo die decima quinta Martii editam integra fide nostræ Historiæ inferendam censuimus.

§. XLI.

Oratio Clementis XI. in secreto Patrum Senatu circa Turnonii mortem habita.

Postquam gloriosa Turnonii Cardinalis mors Romæ innotuerat, Clemens XI. summus Pontifex intimo dolore percussus, in ipso Pontificio Sacello justa funebria eidem tanquam eximio fidei Catholicæ Athletæ &

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

Sæc. XVIII. & Propugnatori amplissimo ritu exsolvi
A. C. 1710. omnique ope nixus est, ut ejus Cadaver
 ver Romam deferretur: quod tamen
 primum a Sinensis Legationis Succes-
 fore Carolo Mediobarbo Patriarcha Ale-
 xandrino effectui datum, idemque Con-
 pus in Ecclesia ipsius Collegii de Pro-
 paganda fide conditum anno hujus Saeculi
 vigesimo tertio sepulcrali inscrip-
 tione ab ejusdem Congregationis Car-
 dinalibus honoratum est, & a Carolo
 Majetto Bibliothecæ Vaticanæ Præfeco
 funebri oratione eidem parentatum
 Pontifex vero die decima quarta Octobris
 habito Purpuratorum Senatu ad de-
 functi Cardinalis commendationem
 mærorem suum his verbis significavit

Venerabiles Fratres!

„Sæpius Nos ex hoc loco publicè
 „mala deflevimus: domesticam hodie
 „nostram, & vestram itidem jacturam
 „dolemus, nisi tamen & publica dicitur
 „illa mereatur, quæ cum nostra
 „vestra sit, censerì etiam debet univer-
 „sæ Ecclesiæ calamitas. Bene jam
 „telligitis, de acerbo nos obitu Car-
 „ROLI THOMÆ Cardinalis de Tur-
 „non verba facturos. Amisimus Vene-
 „rabiles Fratres, amisimus Orthodoxæ
 „Religionis Zelatorem maximum: Pon-
 „tificiæ Authoritatis intrepidum defen-
 „sorem

„forem, Ecclesiasticæ disciplinæ Affer- Sæc. XVIII.
 „torem fortissimum: magnum Ordinis A. C. 1710.
 „vestri lumen, & ornamentum. Ami-
 „simus Filium nostrum, Fratrem ve-
 „strum, plurimis, quos pro Christi caus-
 „sa suscepit, laboribus attritum: Diu-
 „turnis, quas pertulit, ærumnis con-
 „fectum, contumeliis, quas forti,
 „magnoque animo sustinuit, innume-
 „ris, velut aurum in fornace probatum.
 „Hæc tamen, si recte perpendantur,
 „tantum abest, ut ad cumulandum lu-
 „ctum nostrum sint acta, ut potius om-
 „nem doloris sensum ab animis nostris
 „abstergant. Neque enim, juxta mo-
 „nitum Apostoli, *contristari de dormien-*
 „*tibus debemus, sicut & ceteri, qui spem,*
 „*non habent.* Pretiosam in conspectu
 „Domini piissimi Cardinalis mortem
 „fuisse, juste sperare nos jubet eximius
 „ille Catholicæ fidei propagandæ Ze-
 „lus, quo ubi primum ad Apostolicum
 „Ministerium a Deo vocatus, per nos
 „fuit, illico humiliter obtemperans,
 „Aulam, urbem, Parentes, Confan-
 „guineos, Amicos, eaque omnia, quæ
 „natura cuique gratissima facit, alacri,
 „sicuti nostis, animo dereliquit, lon-
 „gissimoque itineri, ac periculorum
 „pleno se committere non dubitavit.
 „Sperare nos jubet ardens illa charitas,
 „qua tot remotissimis terrarum, Ma-
 „rium-

Sæc. XVIII „riumque spatiis peragratis, nunquam
 A. C. 1710. „fecit animam suam pretiosorem, quam
 „se: ac foras misso timore, loquutus
 „fuit de testimoniis Domini in con-
 „spectu Regum, & non fuit confusus
 „semperque in tribulationibus gaudens
 „pergratum Deo, & Angelis ejus spe-
 „ctaculum exhibuit: sperare nos jubet
 „excelsus ille humanarum rerum con-
 „temptus, quo amplissimam dignita-
 „tem, ad quam, suis ita abunde ex-
 „gentibus meritis, a Nobis evectus fue-
 „rat, & a qua nihil aliud, quam pro Ec-
 „clesia, & pro Christo usque ad sa-
 „guinis effusionem inclusive, impeter-
 „rite decertandi onus, ac monitum
 „acceperat, dimissurum se potius, quam
 „in Europam, missionibus Sinicis dere-
 „lictis, remigraturum, serio ad No-
 „scripsit, & palam professus fuit: spe-
 „rare nos jubet singularis illa pietas
 „qua in supremis suis tabulis, relicta
 „Pauperibus pecunia, Consanguineis
 „legata Cruce, propagandæ fidei Opu-
 „vere sanctissimum ex asse scripsit ha-
 „redem: illustre nobis documentum
 „relinquens, quæ & qualia esse de-
 „beant eorum testamenta, qui de
 „tari vixerunt, & Ecclesiæ Ministerii
 „se addixerunt. Sperare nos demum
 „jubet invicta illa sacerdotalis robora
 „constantia, qua Vir vere apostolicus
 „tame

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

„tametsi sustentaretur pane tribulatio-
 „nis & aqua angustiae, officium tamen
 „suum nunquam dimisit, ac non mi-
 „nus diuturnae custodiae, injuriis, quam
 „aliis gravissimis vexationibus ad su-
 „preum usque vitae spiritum fortiter
 „toleratis, bonum certamen certavit,
 „cursum consummavit, fidem servavit.
 „Quid ergo reliquum est, nisi quod &
 „merito etiam speremus, repositam
 „fuisse ei coronam justitiae? Ita sane
 „& juste sperare nos convenit. Verum,
 „quia id facit humana fragilitas, ut
 „dum mundano pulvere etiam reli-
 „giosa corda saepe fordescant, nostras
 „pro defuncti Cardinalis anima ad Deum
 „preces atque suffragia deesse, Chri-
 „stianae charitatis ratio non patitur.
 „Id & privatim haecenus Nos ipsimet
 „saepius agere non omisimus, ac ut ali-
 „quid praeter morem erga infuetae vir-
 „tutis Viri memoriam peragamus, pu-
 „blicis insuper in Pontificio Nostro Sa-
 „cello Exequiis stata die Vobis indi-
 „cenda solemniter praestabimus. Fir-
 „mam interim in spem adducimur fo-
 „re, ut Cardinalis de Turnon Sinen-
 „sem Missionem, quam vivens dilexit,
 „etiam e caelesti statione benigno vultu
 „respicere non dedignetur, suaque ope
 „id in primis efficiat, ut quod ipse
 „anxiis adeo votis exoptavit, avulsis

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. M „tan-

Sæc. XVIII. „tandem ex illo agro, quæ inimicus
 A. C. 1710. „homo super seminavit, Zizaniis Ca
 „tholicæ fidei seges illic reflorescat. „

Præterea Pontifex datus ad Mar
 chionem Turnonium Cardinalis Fra
 trem literis, virtutes, labores & me
 rita defuncti dignis extulerat laudibus

§. XLII.

*Decretum Clementis XI. Papæ contra
 Ritus Sinenses.*

*Acta Caussæ
 Rit. p. 58.*

Interim Romæ in Sacræ Inquisitionis
 Congregatione Sinensium rituum
 caussa a Cardinalibus & Theologis pe
 plures annos summo studio ac diligen
 tia agitabatur, tandem vero die vige
 sima quinta Septembris hoc anno Cle
 mens Pontifex, qui funestum defuncti
 Cardinalis nuntium nondum percepe
 rat, sequens decretum promulgari ju
 sit. „In Congregatione Generali sanctæ
 „Romanæ & Universalis Inquisitionis
 „habita in Palatio Quirinali coram
 „Sanctissimo Nostro Domino Clemente
 „Divina providentia Papa XI. ac Emi
 „nentissimis ac Reverendissimis Domi
 „nis S. R. E. Cardinalibus inquisitoribus
 „bus a sancta Sede Apostolica specie
 „liter deputatis. „

„Idem Sanctiss. Dominus Noster in
 „caussa Rituum seu cæremoniarum S.
 „nem